


Bernhard Barnstorff

**Rector Academiae Johannes Barnstorffius Jurium Doct: Ac. Prof: Publ. Ad.  
Exeqvias ... Puellæ, Sophiæ. Casparæ. Mülleria, A. Meridie. Paratas Proceres.  
Cives. Ac. Fautores Reip: Literariæ Humanissime. Invitados Cupit**

Rostochii: Weplingius, [1702]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768241693>

Druck Freier  Zugang




Barnstorff, J.,  
in  
S. C. M ü l l e r.  
Rostock, 1702.

14







RECTOR ACADEMIÆ  
JOHANNES BARN-  
STORFFIUS

JURIUM. DOCT: AC. PROF: PUBL:

AD. EXEQVIAS

NASCENDI, CONDITIOE, AC INDOLIS,  
PRÆSTANTIA, FLORENTISSIMÆ  
PUELLÆ,

SOPHIÆ CASPA-  
RÆ MÜLLERÆ,



A. MERIDIE. PARATAS  
PRO CERES. CIVES. AC. FAUTORES  
REIP: LITERARIÆ  
HUMANISSIME. INVITATOS  
CUPIT

ROSTOCHII,  
Typis JOHANN. WEPPLINGII, Univ. Typog:

1702



**D**omesticus lu-

etus, *Consultissimi ac Amplissimi DNI. CASPARIS MATTHÆI MULLERI J. U. D. ac P. P. Collegatq; Amici Honoratissimi*, hodie mihi scribendi

necessitatem imposuit. Vellem sane inter communem, cui jam vere adsvēvimus, lætitiā privatum ipsi perseverasse gaudium. Mallem ejus causa istud officium à me requiri non debuisset. Eripuit septimo abhinc die fati inclementia *Optimo Parenti filiolam Juvavissimam SOPHIAM CASPARAM* ipsam q; adeo Spem de illa firmiter conceptam suffocavit in herba & penitus eradicavit. Scilicet illud durissimum fortunæ experimentum est, si felicitate prius donati, eadem destituamur. Satius enim videri potest esse miserum, qv̄ ã fuisse felicem; & plane carere liberis, qv̄am privari. Deinde mens humana cum sēper remissius de præsentibono lætetur, futurum autem vehementissime appetat; nihil spe habet jucundius & omnium ægerrime eandem dimittit. Jam si spes ipsum rei eventū manu comprehendat, & portum proxime attingat; quantum credis dolorem esse, inde deturbari, & geminam facere jacturam; spei alteram, alteram rei speratæ? Non diffiteor aliquo ejus rei sensu correptum fuisse *mœstissimum Parentem*; qvi vidit in hac

hac filiola emergere paulatim optimæ indolis  
femina, eademqve vix conspecta statim amisit sine  
spe restitutionis in integrum hoc seculo nostro  
futuræ. Nunquam autem impensius fallitur spes  
humana, quam ubi in prolem se reclinavit; quo-  
ties enim tum corrui, toties sanguinis nostri par-  
ticula corrumpitur & quasi animæ portio evanescit.  
Qvis ergo Parenti in vitio ponat deflere mortuam  
prolem; De qua viva in sinu gavisus est? Quis  
dubitet ei tum pro simplici lætitiæ duplicatam do-  
loris adesse materiam; nempe quod habuerit, &  
quod non amplius habeat, quicquid amisit. Et pa-  
rum abest, quin inclementius in præsentī causa a-  
ctum esse pronunciemus, reputantes: nihil in hac  
parvula sive originem, sive ætatem, sive mores, sive  
denique totam rerum naturam spectes; quod aut  
morti maturum, aut saltem vita indignum fuerit,  
exitisse. Namque ex eo sanguine, vitam accepit;  
qui in perpetuos gloriæ circulos agitur, & cineres  
quoq; luos vivificat. Avus namque paternus te-  
nellulæ fuit B HENRICUS MULLERUS,  
*Doctor ac Prof. Theologus & Præsul Rostoch.*  
qui omnes humanæ laudis titulos complevit vivus,  
transcendit autē mortuus. Is ex MARGARETHA  
ELISABETHA, è SIBRANDIORUM stirpe apud  
nos inçlyta, sanguinem, quo nostra hæc sata fuit, ex-  
citavit. Æqualiter autem hunc luctum fert Mater  
optima, neque id immerito facit; Siquidem ex  
æquo vitalen, auram nataliumq; splendorem filio-  
læ tribuit. Est ea CATHARINA ELISABETH,  
filia DNI. HENRIGI BJERMANNI J U. L. &

)2

*Potentiss.*



Potentiss. Svecorum Regina Christina à praesidio negotiorum forensium per Pomeraniam, ac ANNÆ ARNOLDIÆ, JOHANNIS ARNOLDI mercatoris apud nos celeberrimi, gnatae. Nolo, quod in omnium oculis est, demonstrare; & in re plana laboriosus esse; quod utique foret si laudem MULLERIANI nominis ex omnium ore repetere, ac ejusdem enumeratione sponte intelligentes obtundere vellem. Neq; etiam nunc attinet prolixius genus omne, per quod nomen tam præclarum in demortuam descendit, enarrare; Nam ubi brevis via est, quid longo itinere defatiger? Satis jam laudis est, eam ab istis, quos habuit, parentibus fuisse genitam. Aspexit lucem d. 28. Augusti A. 1699, atqve sic biennium, quod superavit, vix septimo in super mense auxit. Breve vivendi spatium! Sed quia in eo compendium fuit variarum rerum, quæ paternos allicerent oculos ac materna complerent gaudia; brevitate etiam commendabile est. Repetamus breviter ea, quæ patri orbatò venire in mentem possunt, forte plus visuri, quam ipse. Solent enim oculi oculo perspicaciores esse; & pupilla vehementius attrita, aut cui circumfusæ sunt lacrymæ, sæpe umbram arripere aut speciem corporis; corpus autem ipsum præterire. Mentis etiam acies si calamitatem nostram resq; adversas intueri debet; raro solet solatii instrumenta animadvertere. Durum est, reiterata toties fuisse MULLERIANÆ Domui liberorum funera, & bis intra anni ambitum eandem infestavisse. Nempe quia acutior est dolor ex recrudescente vulnere, & latus jamdum percus-

perucssum ic̄tu novo repetitum magis adfligitur. Sed quotquot occurrunt in unico filii tunere solatii nomina ; ea omnia toties ingeminantur, quoties denuo prole exuimur. Et si uno nomine gaudet, qui filium cœlo rependit, aut DEO reddidit filiam; multoties is lætabitur & exultabit qui filios dedit, aut filias. Vis enim unita fortior. Nihil præclarius apprecari suis parentes, nulliq; beatoris vitæ generi destinare eosdē queunt; quam si salutem æternam fortiantur. Felix ergo educatio & omni elocatione ac lautissima hæreditate potior; qua à teneris non advescunt modo, sed inferuntur cœlesti gloriæ. Sed carendum est tot blandidissimæ ætatis oblectamentis, tot cessant animi paterni recreamenta, tot vacant tempora suavissimi lusus temperamento. Non amplius limis adspici amantissima mater, non amplius mollissimis amplexibus demulceri, non primis loquendi conatibus progressibusq; delectari, non in univërsa filiolæ indole gloriari poterit. Absorbet hæc omnia unum beatitudinis vocabulum: ad cuius solum nomen nos lætamur, puella nobis omnibus felicior sensum ejusdem intime tenet. Is demum lusus omnium est jucundissimus, ingeniosissimus omnium; quo animo paterno obversabitur filiolæ imago in DEI sinu repositæ ac blandè ibidem habitæ. Addo etiam illud, quasi ex instituto factum esse, ut spes citius nunc amputata, luctum graviolem, ex seriore parvulæ virginis obitu expectandum anteverteret. Quanti teneræ prolis morte, clades adulti interfit filii nemo acrius judicare, quam expertus, potest. Telam in primo Stamine rescindi, cœptamqve aboleri scriptionem parum

rum commoti adspicimus. Sed quis ubi utraq; potestremam manum expectat sine indignatione operam deperditam experietur? Nempe in parvis nihil magnum est : & quæ in infantes est spes, quæ de iis voluptas, ea omnis quasi infantia est spei solidæ ac voluptatis. Qui vero in hanc ætatem cadunt affectus, cito suboriuntur facileque moventur. Dicat autem mihi aliquis; ferri posse mortem infantis, quia à mortali natus aliter esse non debuerit. Maturum quoque obitum nihil incommodi habere; quia vitæ sempiternæ fructum provocaverit. Sed miseris cruciatus ac mille dolorum nomina, quæ tenerrimum corpus distractum fuisse experientia testis sit, nimis rigida extitisse; & ob id Parentes tam funesto spectaculo perterritos gravius lugere. De genere autem mortis à Fratere Charissimo Doct. BERNHARDO BARNSTORFF, hæc ad me relata sunt; Febris, qua infans tenellula per aliquot septimanas misere fuit excruciatâ, quæq; ob insignem sibi conjunctum æstum præcordialesque angustias & anxietates omnimodam virium produxerat imbecillitatem; tandem supervenientibus variolis, animi item deliquiis & insultibus epilepticis eandem die 31. Martii non sine acerbo DNN. Parentum dolore mortalium cœtui plane subduxit. Sed quem dolorem tenella hæc corpore sustinuit, & morte beata superavit; an parentes animo immoderatus ferrent? Imo vero gaudeant ergo, quia conclamata est omnis tuæ prolis miseria, & cum ipsa vita desiit. Gratulor equidem Svavissimæ puellæ de exantlato vitæ stadio. Quis enim ejus causa do-

sa doleret, qui coronam retulit ac summum virtutis præmium accepit? Non ætate suos cives æstimat, non ex meritis censet, non ex hominum sententia evocat cœlestis respublica: Sed solo regentis optimi Maximi arbitrio. Ridicula est hominum opinio & timor præposterus; ut temper amicorum felicitati, quam præsentissimè non contemplamur, diffidamus. Neque in humanis aliter seætimus; quid mirum si mortuos, quamquam supra omnem mortalitatem erectos, tanquam misere agentes deploremus? Omnis autem solandi nervus in eo est, tore aliquando tempus, quod manifeste mœstos parentes doceat; eosdem revera deflesse eam mortem, quæ proli tamen gaudii fuerit instrumentum ac perpetuæ gloriæ principium. Quod si autem à me quispiam requirat; qui infans adeo tener vixq; rationis usu pollens, quos hic vix cognovit parentes, in tanto electorum numero vicissim nosse, aut ab illis agnosci queat? Dicam ei, quo desinat irari; facilius multo esse, ut divina potentia suppleat rationis imbecillitatem ac confirmet de parentibus aliquando ipsi videndis iudicium; quam pronum fuit ad infiniti numinis cognitionem infantilem animum elevare. Cur, qui Deum pernoscit nunc animus, nequeat aliquando agnoscere homines sibi quondam divinitus constitutos vitæ autores? Admittentur oppido ad amplexus tam svaves tam acceptos filiolæ hujus nunc mœsti parentes, & tantum inde gaudium haurient; cujus sola spes eosdem nunc potest consolari

solari. Hæc sunt ad cælum relatæ mentis præfi-  
dia, hæc divina luctus acerbi remedia! Sed cum  
homines sint, humanoque lugeant more; nec des-  
stitui debent humanitatis officiis ac solamine. In-  
dignum foret homine, cui facultas facta est alte-  
rum erigendi e luctu, nolle eadem uti. Quare  
cum solo in funere processu relevare aliquantisper  
posse videamur mentem Mœsti Parentis; quid stam-  
mus? quid cessamus? Sic enim res est, istam  
in funere pompam omnemque comitatum inde  
natum esse: ut qui sepeliendi morte adfliguntur,  
tot sibi amicos superstites videndo, mitius jacturam  
ferant demortui. Ite ergo Patres, Cives ac  
fautores academiæ, & exequias svavissi-  
mæ Puellæ celebrate!

P.P. Rostochii Sub Sigillo Rectora-  
tus d. 6. April. 1702.

*Conventus erit in Æde Basilica hor. 1. pom.*














*Potentiss. Svesorum Regina Chri-*  
*stina negotiorum forensium per Po-*  
ac ANNÆ ARNOLDIÆ, JOHA  
NOLDI mercatoris apud nos celeb  
Nolo, quod in omnium oculis est, dem  
re plana laboriosus esse; quod utique f  
MULLERIANI nominis ex omniu  
re, ac ejusdem enumeratione sponte  
obtundere vellem. Neq; etiam nunc  
xius genus omne, per quod nomen ta  
in demortuam descendit, enarrare;  
vis via est, quid longo itinere defatige  
laudis est, eam ab istis, quos habuit, p  
isse genitam. Aspexit lucem d. 28. Au  
atque sic biennium, quod superavit, v  
super mense auxit. Breve vivendi spat  
in eo compendium fuit variarum rer  
ternos allicerent oculos ac materna  
gaudia; brevitatem etiam commendab  
tamus breviter ea, quæ patri orbatov  
tem possunt, forte plus visuri, quam  
enim oculi oculo perspicaciores esse;  
hementius attrita, aut cui circumfusæ  
sape umbram arripere aut speciem e  
pus autem ipsum præterire. Mentis  
calamitatem nostram resq; adversas  
raro solet solatii instrumenta animadv  
rum est, reiterata toties fuisse MUL  
Domui liberorum funera, & bis int  
tumeandem infestavisse. Nempe qu  
dolor ex recrudescente vulnere, & l

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
W  
X  
Y  
Z

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V



percussum ictu novo repetitum magis affligitur,  
 Sed quotquot occurrunt in unico filii funere solatii  
 nomina ; ea omnia toties ingeminantur, quoties  
 denuo prole exuimur. Et si uno nomine gaudet,  
 qui filium cœlo reppendit, aut DEO reddidit filiam;  
 multoties is lætabitur & exultabit qui filios dedit,  
 aut filias, Vis enim unita fortior. Nihil præclarius  
 apprecari suis parentes, nulliq; beatoris vitæ gene-  
 ri destinare eosdē quam si salutem æternam  
 fortiantur. Felicitatio & omni elocati-  
 one ac lautissimè potior; quæ a teneris  
 non adfuerunt cœlesti gloriæ,  
 Sed cœlestis ætatis oblecta-  
 mēta, tot  
 temperamento.  
 mater, non  
 ulceri, non  
 delectari,  
 Ab-  
 vocabulum:  
 ur, puella nobis  
 in intime tenet. Is  
 jucundissimus, inge-  
 nio vivo animo paterno obver-  
 fabit in DEI sinu repositæ ac blan-  
 dē ibi. Addo etiam illud, quasi ex in-  
 stituto faciente, ut spes citius nunc amputata, lu-  
 etum gravorem, ex seriore parvulæ virginis obitu  
 expectandum anteverteret. Quanti teneræ prolis  
 morte, clades adulti interfit filii nemo acrius judi-  
 care, quam expertus, potest. Telam in primo Sta-  
 mine rescindi, coaptamqve aboleri scriptionem pa-  
 rum

